tis inscriptionem cessant et se bonis ex nunc condescendent, seminaturi tam hyemalia quam aestivalia pro parte sua spectanti libere multabunt.

Popiołański — Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Brańscen. personaliter comparens Nobilis Paulus olim Joannis Sebastian Popławski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Stanislao et Bartholomaei Popławskis et eius successoribus sortem suam pro suo interesse post olim Nobilem Salomonem Popławski avum in bonis communibus supra fluvium Nurzec versus Dworzec Krzemienski iacentem in Lipnik consistentem eidem olim Nobili Salomone avo suo per olim Nobilem Michaelem quondam Nicolai Popławski actis hisce Castren. Branscen. perpetue resignatam tantum in sorte Michalowska se naturali iure successive post memoratum Salomonem Popławski spectantem cum arboribus pratis et omnibus utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit. Qui iam ex nunc introm. realem cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles dictis possessione acceptandis dat et admittit. Talemque tuitionem et evictionem omnimodam ... ab omni impedimento vindicare quaeramini perferendo propugnando et removendo per omnes ... cavet sub damnis ... ... et edicendis. Et coram officio praesenti Castren. Brańscen. in primis ... termino peremptoria responsione omnibus in universum iuris remediis et defensis se et suis successoribus ... abrenunciando.

Piotrowski — Superreceptio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Brańscen. personaliter comparentes Nobiles Joannes olim Nicolai Piotrowski et Hedvigis filia olim ... Piotrowska consors eiusdem cum suis mariti authoritate sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet eorum pro suo interesse recognovit. Quia apud Nobilem Leonardum Alexandrum Michaelem Popławski ad praesens obligationem bonorum immobilium in haereditate Piotrowski ... ... recognoscendo eidem in summa centum viginti florenorum Polonicalium inscriptis quam et praesentibus approbant. Nunc denuo sexaginta florenos Polonicales superreceperunt et priori summae adiungunt. In qua quidem summa simul unita centum octuaginta florenorum Polonicalium bona eadem in originali inscriptione expressa tenere habere et possidere modo obligationis hinc ... ad exemptionem summae praefatae centum octuaginta florenorum Polonicalium exclusionem inscribit et assecurat.

Domanowski Zochy — Exemptio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Brańscen. personaliter comparens Nobilis Christophorus olim Benedicti Zochowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis ... ...

173

rius olim Joannis Wnorowskij ex obligatione bonorum immobilium in haereditate Zochij consistens sibi per eum inscripta Undecem Florenos Polonicos persolvit ideo ipsum quietat inscriptionem cassat et de bonis condescendit.

Kulesza Cessio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Martinus filius Joannis Wnorowskij sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Adamo olim Alberti Kulesza de Kulesze Podawce haeredi et eius successoribus de inscriptione perpetua sibi recognoscenti per Nobiles Feliciam Kulesza et Dorotheam Stoinska tanquam Dominam Ditaliciam mulierem coniuges modo perpetuo donationis super omnia et singula bona mobilia et immobilia haereditaria paterna obligativa quae sibi super eos post suum parentem suum Nobilem Stanislaum Kulesza naturali iure concernentia in Areis hortis agris pratis campis silvis rubetis fluminibus fluvijs cum omnibus attinentiis in haereditate bonorum Kulesze Podawce sitis Coram actis hisce Castrensibus Branscensibus de Actu feria secunda post Dominicam Misericordiae Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo septimo facta et recognita eidem Memorato suo Creditori generaliter exceptis duabus sortibus per tria stadia in longum et adinstar mansi in latum extendentibus in loco dicto w Błothu cedit et accepta sufficienti satisfactione pro praemissis eadem demittit redonat et de bonis praeassignatis ex nunc condescendit. Salvis inseminatis hyemalibus et aestivalibus ac sepibus sibi reservatis ac in personam eius cumulative bijere inscriptionis originalis sibi factae Cum parata evictione et exemptione ligamentis transfert et transfundit. Intromissionem illi ex nunc cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles dicto officio acceptandam admittendo.

Wnorowski Kulesze Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Valentinus filius Adami Kulesza suo et nomine Nobilis Mathiae Kulesza Minorennis fratris sui germani a quo de rato et grato in forma iuris plenissima pacem cavet et effidendet sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Martino filio Joannis Wnorowskij et eius successoribus Duas sortes suas Maternas se recognoscens post olim Nobilem Catherinam olim Mathiae Kulesza Podawca naturali iure spectantes in loco dicto Błotko in haereditate bonorum Kulesze Podawce sitas in sortibus Szybowska et Matysowska prout ipsae sortes in suis metis et limitibus circumstantijs extenduntur et sese extendunt tam late longe circum ferentialiter Cum omnibus earum utilitatibus fructibus proventibus arboribus rubetis Nihil excludendo dedit donavit inscripsit et in perpetuum assignavit